

APPENDICE IV.I *Incrementa in progressu principii II quod Codicis Iuris Canonici recognitionem dirigit*

Legenda: *corsivo* = proposte; tondo = testo base; **grassetto** = modifiche al testo

Germe iniziale (Mörsdorf) CCLA Sessio II 20-21 oct. 1966.	Prima bozza CCLA, <i>Principia di- rectiva gene- ralia</i> 31 ian. 1967	Primo schema CCLA, <i>Principia quae recognitione Codicis Iuris Canonici dirigitur</i> Sessio III, 03-07 apr. 1967	CCLA, Sessio III, 03-07 apr. 1967							
			Ciprotti	Bertrams	Mörsdorf	Onclin	Mörsdorf	Bertrams	Onclin	Bidagor
<i>Ill.mus Mörsdorf affirmat ius poenale ex integro esse reconsiderandum: ius poenale pro laicis in Ecclesia est littera mortua, quia conditiones sociologicae hodie existentes valde sunt diversae ab illis quae exstabant tempore Codificationis. Insuper declarat sedule distinguenda esse forum externum et forum internum: ius poenale solum forum externum respicit.</i>	I. De indole legislationis Ecclesiae	De fori interni iuridicitate 2°. Confirmare autem oportet non solum indolem iuridicam nostri Codicis in his quae forum externum respiciunt, sed etiam veram iuridicitatem fori interni prout in Ecclesia optimo iure per saecula viguit. Necessitas fori interni in canonico iure derivatur ex natura ipsa Ecclesiae, quae est societas spiritualis et supernaturalis, ad hominum sanctificationem et salutem constituta. Etenim «omnes christifideles ad sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendam invitantur et tenentur» (cfr. <i>Lumen gentium</i> , n. 42, Ed. Of. P. 173). Homines vero ad eam consequendam egent non solum auctoritate quae est simul atque socialiter dirigit, verum etiam quae unicuique sanctificationis media procuret et impedimenta removeat secundum singulorum particularem conditionem ac statum: «Cunctis perspicuum est omnes christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari, qua sanctitate, in societate quoque terrena, humanior vivendi modus promovetur» (Const. <i>Lumen gentium</i> , n. 40; ed. of. pag. 166). Fori externi et interni optima coordinatio in Codice iuris canonici existat oportet, ut quilibet conflictus inter utrumque vel dispereat vel ad minimum reducatur. Quod in iure matrimoniali et in iure poenali curandum est (pp. 3-4)	De fori interni positione in iure canonico 2°. Confirmare autem oportet non solum indolem iuridicam nostri Codicis in his quae forum externum respiciunt, sed etiam veram necessitatem fori interni prout in Ecclesia optimo iure per saecula viguit. Necessitas fori interni in canonico iure derivatur ex natura ipsa Ecclesiae, quae est societas spiritualis et supernaturalis, ad hominum sanctificationem et salutem constituta. Etenim «omnes christifideles ad sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendam invitantur et tenentur» (cfr. <i>Lumen gentium</i> , n. 42, Ed. Of. P. 173). Homines vero ad eam consequendam egent non solum auctoritate quae est simul atque socialiter dirigit, verum etiam quae unicuique sanctificationis media procuret et impedimenta removeat secundum singulorum particularem conditionem ac statum: «Cunctis perspicuum est omnes christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari, qua sanctitate, in societate quoque terrena, humanior vivendi modus promovetur» (Const. <i>Lumen gentium</i> , n. 40; ed. of. pag. 166). Fori externi et interni optima coordinatio in Codice iuris canonici existat oportet, ut quilibet conflictus inter utrumque vel dispereat vel ad minimum reducatur. Quod in iure matrimoniali et in iure poenali curandum est (pp. 3-4)	<i>Rev.mus Bertrams postulat ut servetur explicita referentia ad iuridicitatem fori interni, tum in titulo tum in textu.</i>	<i>Ill.mus Mörsdorf asserit canonistas hodie falsam considerationem inter forum externum, quod unum spiritum iuridicam constitueret, et forum internum conscientiam tantum respiciens. Utroque tamen in casu agitur de exercitio iurisdictionis Ecclesiae, licet talis iurisdictionis modis diversis ad effectum deducatur. In utraque autem forma exercitii, tales actus iurisdictionis effectus iuridicos sortiuntur, quamvis agatur de foro interno.</i>	<i>Ill.mus Onclin existimat non agi de eadem potestate in utroque casu. Distinguenda enim est, ex una parte, potestas qua Ecclesia pollet prout est societas, cuius obiectum sunt solummodo habitudines externae sive societariae membrorum eius, haud vero eorum actus interni; alia vero ex parte, potestas vicaria qua Ecclesia gaudet quamque exercet quatenus eam a Deo recepit. Distinctio verum forum internum et externum, inde a Gratiano et Decretistis, forum iudiciale respiciebat. Rebus sic stantibus, censendum non videtur Synodum Episcoporum posse vel debere difficilem hanc quaestionem solvere.</i>	<i>Ill.mus Mörsdorf respondet nostro in casu de eo non agi utrum Ecclesia actus internos praecipere possit necne, sed agi de possibilitate exercitii iuris etiam in foro interno. Distinctio autem communitate inter et personam necessario secum tulit tensionem in formis exercendi ecclesiastica iurisdictionem. Attamen Ecclesia in foro interno absolvit, qua de causa concludendum est unicam potestatem iurisdictionis in utroque foro exerceri.</i>	<i>Rev.mus Bertrams dicit se concordare cum iis quae Ill.mus Mörsdorf exposuit, Ecclesiam nempe suam potestatem iurisdictionis cum in foro externo tum in foro interno exercere, licet modo quidem diverso.</i>	<i>Persistit in neganda iuridicitate fori interni et postulat ut hic n. II e documento expungatur. Sin autem, necessarium erit – ad confusiones vitandas, non exclusam permixtione theologiam moralem inter ius, adversus quam tot critices per motae sunt – ut modificetur et perstringatur id quod continet hic numerus II, vel saltem, ut forum internum sacramentale clare distinguatur a foro interno extrasacramentali.</i>	<i>Asserit principium in hoc n. II contentum eo solummodo respicere, ut affirmetur exercitium iurisdictionis in foro interno esse legitimum et necessarium. Possumus vero illas quaestiones vitare quae auctores disputantur, et ideo nihil obstat quominus verbum «iuridicitas» e texto expungatur.</i>

CCLA, Sessio III, 03-07 apr. 1967										Principia emendata et approbata PCCICR, <i>Principia quae CIC recognitionem dirigitur</i> , Romae 1967
Onclin	Bertrams	Felici	Onclin	Moeller	Felici, Bidagor, Onclin, Mörsdorf	Bertrams	Bertrams	Felici	Suffragatio	
<i>Ill.mus Onclin iterum manifestat suam oppositionem, praesertim erga verba «sed etiam veram iuridicitatem fori interni», qui – uti iam dixit – actus interni personarum non respiciunt societatem.</i>	<i>Obiicit autem Rev.mus Bertrams Codicem admittere ut absolutio a censura in foro interno valida considerari possit et in foro externo, remoto scandalo: ideo talis actus, in foro interno positus, effectus sortitur etiam in foro externo.</i>	<i>Exc.mus Praeses manifestat textum huius numeri continere solummodo debere ea quae sunt in pacifica possessione; simul vero expedit ut clare appareat natura socialis qua gaudet potestas iurisdictionis.</i>	<i>Ill.mus Onclin denuo manifestat textum documenti quaestiones disputatas solvere atque inducere in confusionem fori internum inter et externum, necnon inter potestatem iurisdictionis et dominativam.</i>	<i>Expedire censet ut hic numerus denuo redigatur. Prudentiae consentaneum non videtur ut conceptus iuridicitatis fori interni nunc introducatur sine necessitate, sine sufficienti ratione doctrinali et opportunis distinctionibus.</i>	II. De fori externi et interni positione in iure canonico Confirmare autem oportet et indolem iuridicam nostri Codicis in his quae forum externum respiciunt, et necessitatem fori interni prout in Ecclesia optimo iure per saecula viguit. Normae igitur in recognito Codice tradentur respicientes omnia quae ad forum externum attinent atque etiam, ubi animarum salus id exigat, normae quae pertinent ad provisiones in foro interno elargiendas. Fori externi et interni optima coordinatio in Codicis Iuris Canonici existat oportet, ut quilibet conflictus inter utrumque vel dispereat vel ad minimum reducatur. Quod in iure sacramentali et in iure poenali peculiariter curandum est.	<i>Rev.mus Bertrams existimat difficultates adversus fori interni iuridicitatem ex eo provenire, quod multi casus in eodem foro solvuntur, qui tamen non pertinent ad exercitium potestatis iurisdictionis. Propterea expedire sibi videtur ut in textu dicatur vel innuatur ad potestatem iurisdictionis pertinere saltem quidam actus fiunt in foro interno, cuiusmodi sunt absolutio a censuris et dispensatio ab impedimento matrimoniali.</i>	<i>Hanc mutationem proponit: II. De fori externi et interni positione in iure canonico Confirmare autem oportet et indolem iuridicam nostri Codicis in his quae forum externum respiciunt, et necessitatem fori interni prout in Ecclesia optimo iure per saecula viguit. Normae igitur in recognito Codice tradentur respicientes omnia quae ad forum externum attinent atque etiam, ubi animarum salus id exigat, normae quae pertinent ad exercitium iurisdictionis in foro interno elargiendas. Fori externi et interni optima coordinatio in Codicis Iuris Canonici existat oportet, ut quilibet conflictus inter utrumque vel dispereat vel ad minimum reducatur. Quod in iure sacramentali et in iure poenali peculiariter curandum est.</i>	<i>Exc.mus Praeses negative respondet, ne iterum incidatur in quaestiones disputatas, ad quas solvendas formulas redacta est quae possibilitatem conciliationem obtineat.</i>	<i>Omnibus placet, uno excepto Rev.mo P. Bidagor (asserit se cum novo hoc textu concordare non posse, quippe in eo iuridicitati fori interni non satis consulitur).</i>	De fori externi et interni positione in iure canonico. 2. Confirmare autem oportet et indolem iuridicam nostri Codicis in his quae forum externum respiciunt, et necessitatem fori interni prout in Ecclesia optimo iure per saecula viguit. Normae igitur in recognito Codice tradentur respicientes omnia quae ad forum externum attinent atque etiam, ubi animarum salus id exigat, normae quae pertinent ad provisiones in foro interno elargiendas. Fori externi et interni optima coordinatio in Codicis Iuris Canonici existat oportet, ut quilibet conflictus inter utrumque vel dispereat vel ad minimum reducatur. Quod in iure sacramentali et in iure poenali peculiariter curandum est.

APPENDICE IV.II *Incrementa in progressu principii IX quod Codicis Iuris Canonici recognitionem dirigat*

Legenda: *corsivo* = proposte; tondo = testo base; **grassetto** = modifiche al testo

Germe iniziale (Mörsdorf) CCLA, Sessio II, 20-21 oct. 1966.	Prima bozza (Gomez), <i>Principia directiva genaralia</i> 31 gen. 1967	Primo schema CCLA, <i>Principia quae recognitione CIC dirigere possunt</i> Sessio III, 03-07 apr. 1967	CCLA, Sessio III, 03-07 apr. 1967							
			Lanne	Palazzini	Felici	Onclin	Bertrams	Onclin	Mörsdorf	Del Portillo
<i>Ill.mus Mörsdorf affirmat ius poenale ex integro esse reconsiderandum: ius poenale pro laicis in Ecclesia est littera mortua, quia conditiones sociologicas hodie existentes valde sunt diversae ab illis quae exstabant tempore Codificationis. Insuper declarat sedule distinguenda esse forum externum et forum internum: ius poenale solum forum externum respicit.</i>	De iurisdictione iudiciali modo stricte iudiciali et modo summario exercenda. [...] Pro materia Libri V Codicis Iuris Canonici, sunt etiam quaestiones praeiudiciales, ex quibus solutione, aliter et procedendum est in redactione canonum, ex. g., an poenae latae sententiae minuendae sint vel omnino abolendae; quid de reservatione vel minus, etc.	De diminutione poenarum ecclesiasticarum 9°. In recognitionem iuris poenalis Ecclesiae, principium reducendi poenas in Codice stabilitas, nemo est qui non acceptet. Verum suppressionem omnium poenarum ecclesiasticarum, cum poena notam propriam cuiuslibet societatis perfectae denotet, paucis quibus exceptis, nemo canonistarum admittere videtur. Est tamen a non paucis proposita abolitio poenarum latae sententiae. Quae si decerneretur, principium constitueret maximi momenti pro nova elaboratione libri De delictis et poenis. Animadvertendum est, eos, qui volunt conservationem eiusmodi generis poenarum, concordet esse in eo quod applicatio illarum ad paucos omnino casus reducat, imo ad paucissima eaque gravissima delicta».	De recognoscendo iure poenali». 9°. In recognitionem iuris poenalis [...].	<i>Exc.mus Palazzini-manifestat se adversari totali suppressioni poenarum latae sententiae.</i>	<i>Exc.mus Praeses animadvertit hoc non dici in textu: simpliciter enim indicatur multos hoc postulare.</i>	<i>Ill.mus Onclin suggerit ut perpendatur possibilitas remittendi omnes poenas ad tribumalia regionalia, cum iure recurrendi ad Sacram Romanam Rotam.</i>	<i>Rev. mus P. Bertrams animadvertit ius puniendi per se spectare ad forum externum et ad Ordinarios. In Codice, ex regula, admodum paucae statuendae videntur poenae, et quidem solummodo pro casibus extraordinariis. Hac in re nihil obstat quominus decentralizatio statuatur. Incongruum enim est quod, sicut non semel continxit — ex. gr. quoad librorum proscriptionem —, Ordinarii a condemnatione absterneant, et incommodam istam functionem, quam quidem odium publicum comitatur, ad Sanctam Sedem remittant.</i>	<i>Ill.mus Onclin adiungit ipsam delicti naturam praesupponere ut lex poenalis sit externa lex, ideoque poenae solummodo in foro externo irrogandae sunt.</i>	<i>Ill.mus Mörsdorf, concordans cum Ill.mus Onclin et Rev.mo P. Bertrams, postulat ut tamquam principium generale statuatur omnes poenas infligendas esse in foro externo. Possibilitas ut poenae in foro interno imponantur vel excludenda vel saltem ad casus omnino extraordinarios reducenda esse videtur. Poenarum vero remissio non in foro interno, sed in foro externo fiat oportet.</i>	<i>Rev.mus Del Portillo manifestat se cum iis ideis concordare, suggeritque ut, si id quidem plerique Consultores opportunum existiment, novus textus paragraphi 2 redigatur, qui haec omnia apte exprimat. Hic enim modo indicationes magis concretae continebuntur in documento Synodo exhibendo.</i>

CCLA, Sessio III, 03-07 apr. 1967												Principia emendata et approbata PCCICR, <i>Principia quae CIC recognitionem dirigant, Romae 1967</i>
Mörsdorf	Gómez	Bidagor, Onclin, Bertrams	Bidagor	Felici	Huizing	Moeller	Mörsdorf	Felici	Schneider	Faltin	Suffragatio	
De diminutione poenarum ecclesiasticarum 9°. In recognitionem iuris poenalis Ecclesiae, principium reducendi poenas in Codice stabilitas, nemo est qui non acceptet. Verum suppressionem omnium poenarum ecclesiasticarum, cum poena notam propriam cuiuslibet societatis perfectae denotet, paucis quibus exceptis, nemo canonistarum admittere videtur. Est tamen a non paucis proposita abolitio poenarum latae sententiae. Quae si decerneretur, principium constitueret maximi momenti pro nova elaboratione libri De delictis et poenis. Mens est ut poenae generatim sint ferendae sententiae et in solo foro externo irrogentur et remittantur. Mens quoque est ut poenae latae sententiae ad paucos omnino casus reducantur, imo ad paucissima eaque gravissima delicta.	De diminutione poenarum ecclesiasticarum 9°. In recognitionem iuris poenalis Ecclesiae, principium reducendi poenas in Codice stabilitas, nemo est qui non acceptet. Verum suppressionem omnium poenarum ecclesiasticarum, cum poena notam propriam cuiuslibet societatis perfectae denotet, paucis quibus exceptis, nemo canonistarum admittere videtur. Est tamen a non paucis proposita abolitio poenarum latae sententiae. Quae si decerneretur, principium constitueret maximi momenti pro nova elaboratione libri De delictis et poenis. Mens est ut poenae generatim sint ferendae sententiae et in solo foro externo irrogentur et remittantur. Mens quoque est ut poenae latae sententiae ad paucos omnino casus reducantur, imo ad paucissima eaque gravissima et dolosa delicta.	<i>Haec tamen propositio non accipitur, quia Rev.mus P. Bidagor, Ill.mus Onclin et Rev.mus P. Bertrams animadvertunt verbum «gravissima» iam praesupponere doli existentiam.</i>	<i>Rev.mus P. Bidagor manifestat timendum forte esse ne Episcopi multas poenas latae sententiae infligant.</i>	<i>Animadvertit autem Exc.mus Praeses hoc principium valere pro omnibus qui in Ecclesia potestatem habent infligendi poenas, quod quidem in novi Codicis redactione manifestabitur.</i>	<i>Rev.mus P. Huizing, sese referens ad § 1, lin. 3-4 huius numeri, proponit ut dicatur «cum poenae ad integritatem societatis ecclesiasticae necessariae sint», loco formulae «cum poena notam propriam cuiuslibet societatis perfectae denotet».</i>	<i>Ill.mus Moeller postulat etiam ut vitetur expressio «societas perfecta».</i>	<i>Ill.mus Mörsdorf, his assentiens, asserit poenam re vera non efficiere ut societas sit perfecta. Aptius vero diceretur: «Ius coactivum».</i>	<i>Animadvertit autem Exc.mus Praeses hoc principium valere pro omnibus qui in Ecclesia potestatem habent infligendi poenas, quod quidem in novi Codicis redactione manifestabitur.</i>	<i>Exc.mus Schneider, his perpensis, hanc formulam proponit, quae omnibus placet: «cum ius coactivum ab Ecclesia abiudicari nequeat».</i>	<i>Rev.mus P. Faltin suggerit ut, in eadem § 2, lin. 4-5, expungatur verba: «paucis quidem exceptis». Propositio approbatur.</i>	<i>Textus omnibus placet.</i>	De recognoscendo iure poenali 9. In recognitione iuris poenalis Ecclesiae, principium reducendi poenas in Codice stabilitas, nemo est qui non acceptet. Verum suppressionem omnium poenarum ecclesiasticarum, cum ius coactivum, cuiuslibet societatis perfectae proprium, ab Ecclesia abiudicari nequeat, nemo canonistarum admittere videtur. Mens est ut poenae generatim sint ferendae sententiae et in solo foro externo irrogentur et remittantur. Quod ad poenas latae sententiae attinet, etsi a non paucis earum abolitio proposita sit, mens est ut illae ad paucos omnino casus reducantur, imo ad paucissima eaque gravissima delicta.